Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

infirmabatur capharnaum. Hic aut cū audisset quia ihs venit a iudea in galileam abiit ad eum et rogabat eum ut descenderet et sanaret filiū eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo ihs ad eū. Nisi signa et prodigia viderit non credit. Dicit ad eum regulus. Domine descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei ihs. Vade filius tuus viuit. Credidit hō sermoni quē dixit ei ihs et ibat. Jam autē eo descendente: serui occurrerūt ei et nūciauerūt dicentes. quia filius eius viuet. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei. Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pr quia illa hora erat in qua dixit ei ihs filius tuus viuit. et credidit ipse et domus eius tota. Feria. iii. Ad

Ad Timoth. I.

Nichil intulimus in hunc mundū: haut dubiū quia nec aufere quid possumus. Habentes aut alimenta et quibus tegamur his contenti simus. Nā qui volūt diuites fieri: incidunt in tēptationē et laqueū diaboli et desideria multa inutilia et nociua que mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Quā quidā appetētes: erraūt a fide et inseruerūt se doloribus multis. Tu aut homo dei hec fuge. sectare uero iustitia